

cessoribus ob meram in domino complacentiam, favorem singularem ac fraternalem dilectionem, quas ad ipsos habere teneor, gratiose et ob causas infra scriptas quamdam partem montis Ruwental circa vineam meae praepositurae sitam iam circumquaque septam et in parte cultam pro vinea facienda et amplius communi pecunia unius cuiusque excolenda, et iter sufficiens ad eandem ab infra et supra pro adducendis videlicet fimo et aliis necessariis ac correquisitis, deducendis quoque fructibus tradidi favorabiliter et appropriavi perpetue et libere possidendam pro eo, ut ex ipsis fructibus anniversarios piae memoriae Theoderici de Bôr et Zophyae ipsius conthorialis, Petri Swentz et Hermanni de Vanre, quorum pecunia pro cultura dictae vineae exposita dicitur, debitis suis temporibus devotius exequi, populo plenius praeesse ac divinum cultum ferventiori desiderio valeant diligentius adimplere. De quibus quidem fructibus mihi praeposito ac pro tempore existenti successori similis portio utpote alteri conventuali, iuvenibus vero dominis scholas intransibus media dumtaxat tribuatur; et non sit praepositus, qui ultra hoc sibi quidquam de eisdem praesumat usurpare vel ipsam donationem seu appropriationem ut praemittitur factam infringere quovis modo, sed potius studeat eam cum singulis praemissis in suo esse et statu artius et inviolabiliter conservare. Debent etiam iidem mei confratres unum ex eis quem volunt pro eadem vinea colenda eligere provisorem. Ad cuius maiorem evidentiam praesentem paginam meae praepositurae sigillo duxi communiri sub anno domini millesimo quadingentesimo tertio ipso die beati Thomae apostoli praesentibus honorabilibus et sapientibus viris Friderico Eckilman alias proconsule, Conrado de Molhusen cive Misnensi et Bartholomeo de Foresta rectore scholarum ibidem, notariis publicis et aliis quam pluribus fide dignis.

Nach dem Orig. im K. Haupt-Staatsarchiv zu Dresden mit dem wohl erhaltenen Siegel des Probsts.

No. 243. 1404. 19. Jun.

Hermann Abt des Benedictiner-Klosters zu Bosau bei Zeitz conservator litterarum privilegiorum et libertatum monasteriorum abbatum fratrum ordinis Cisterciensis a sede apostolica specialiter deputatus beauftragt den Probst zu St. Afra unter Einschaltung der an den Abt zu Bosau gerichteten Bulle des P. Clemens V. Etsi quibuslibet personis etc. Datum Avinione secundo Nonas Septembris pontificatus nostri anno III^o. (1309. 4. Sept.), da der Abt des Klosters Dobrilugk Luppold ihn um seine Hilfe contra certas utriusque sexus personas gebeten habe, omnes et singulas causas, quam vel quas dictus dominus abbas et conventus monasterii supra dicti habent seu habere intendunt contra quascunque personas ecclesiasticas vel mundanas cuiuscunque status gradus aut conditionis existant, etiam coeptas coram piae memoriae domino Johanne de Polencz olim scolastico Mysnensi wiederaufzunehmen und Kraft der apostolischen Vollmacht, die er ihm bis auf Widerruf überträgt, zu verhören und zu entscheiden. Datum et actum in consolario maiori monasterii nostri praedicti, anno domini M^o.CCCC.III^o., indictione duodecima, die decima nona mensis Junii, — praesentibus discretis viris, domino Johanne plebano in Nünkirchen et domino Gerhardo plebano in Lungwicz Mysnensis diocesis testibus etc.

Signum Et ego Andreas Hassuff clericus Nuemburgensis diocesis, imperiali auctoritate notarii. notarius publicus, quia commissioni et subdelegationi — praesens interfui etc.

Nach dem Chart. monast. s. Aerae II. fol. 145^b.